



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XCII. Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt ei uestimenta sua, seditq[ue] super eum. Multi uerò uestimenta sua strauerunt in uiam: alij autem frondes cædebant ex arboribus & sternebant ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Rom. 1. & 16.
2. Cor. 10.

esse censent. Exigitur obedientia haec ab omnibus qui Christo nomen dederunt, adeo ut hanc Paulus Evangelicam praedicationis, quo ad nos, finem & scopum constituat: nec fieri potest, ut quis sine haec Christianum agere possit. Frequenter enim carni nostrae inonestum, iniquum, impium & nocentem videtur quod Dominus praecipit: qualia ferè sunt, fidei praecipua iniuria obrudere, magistratum imperum iudicij praeferre, parentes vna cum dilecta coniuge & dulcibus nativis relinquere, fortassis ratione ambulanti occurrere solent. At in omnibus istis Dei mandatum & voluntas iustitiae debet, nec aliae rationes admittenda sunt, ubi de hac nobis certò constat. Quod enim ille iubet, iustum vel iniquum esse non potest, & idem eos defendere solet, qui ipsius praecipua obtemperant. Quod si adversus illius praecipua humanis rationibus disputare libeat, intolerabilis est ea impietas & audacia, quando hoc fieri non potest, quin Deum vel iniustitiae, vel ositantiae, aut imprudentiae accipimus, quasi ille iniqua & iniusta iubeat, vel pericula non praevidet, aut etià nos ille temere obsequeretur praeferre ausi sunt. Ergo Apostolos imitati, Domino simpliciter obtemperemus, & (ut olim in Legibus insit) nec ad dexteram nec ad sinistram à praecipua ipsius delinemus, & feliciter cedem, quae vitia periculosa & noxia videbantur.

1. Sam. 13. 15.
1. Reg. 11. 13. etc
Deut. 28.
Iosue 23.

Heri pullum Christo concedunt.

Restat, ut de ijs quoque dicamus, à quibus asinum Christus sibi concedi voluit. Interrogant illi quidem discipulos, cur iniustus pullum solvant? ac ratione audita, quod nimirum Dominus illo opus habeat, illam recipiunt, et adduci patiuntur. Movit sic animos illorum Christus, ut paulo ante dictum est. At tamen generalem doctrinam nobis hoc exemplo spiritus sanctus proponit, ne quilibet coram Christo negemus, quibus ipsum audimus opus habere. At qui ille nullius rei indiget, quoad suam personam. At quoad regni sui administrationem, eo honore nos dignatur, ut illud nostro ministerio propagari & conservari velit. Hic ergo praecorum verbi fide & industria, magistratum consilio & auctoritate, patrum familiam cura & diligentia, adeoque singulorum hominum studio opus est: in quo ergo pro sua vocationis ratione omne illud conferant, quod ad regni ipsius propagationem facere potest. Praeterea, quia in se credentes pro membris suis Christus agnoscit, in ipsam seipsum esturum, nudo vestitum, aegrotum curam, exulanti hospitium, victo consolationem praebemus. Hic ergo neminem laboris aut impense alicuius pigeat, quando hac optimo iure à nobis exigit, ut qui magis multo & plura in nos conferre dignatus est. Sed o duritiam & ingratiudinem nostram plebs Cyclopicam. Laborat seclis & vitij innumeris ecclesia, periclitatur disciplina, affligitur pauperum membris suis Christus, & sibi nostro consilio, auctoritate, industria, & auxilio opus esse clamat. At quotusquisque est, qui clamantem exaudit, & non potius impuris huius mundi studiis hoc implet, quod in Christum debet conferre? Punit ergo & merito punit istam ingratiudinem iustus Deus, nec ad se clamantes audit, qui ipsum clamantem audire dedignantur. Emendemus hoc vitium benefactorum Christi memores, ipsi nos totos impendamus, ut eiusdem quoque confortes sumus in regno tris sui: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Matth. 25.

Zach. 1.
Prouerb. 21.

H O M I L I A XCII.

Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt ei vestimenta sua, sed et super eum. Multi uero vestimenta sua strauerunt in uiam: alij autem frondes caedebant ex arboribus & sternebant in uiam. Et qui praebant, qui sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini. Benedictum quod uenit regnum in nomine Domini patris nostri Dauid: hosanna in altissimis.

Argumentum & usus praesentis loci.

Non temere ab omnibus Evangelistis regius Iesu Christi in urbem Hierosolymam ingressus diligentiissime describitur. Ut enim ille per hunc offendiculo mederi uoluit, quod paulo post est

crucis ignominia exoriturum esse sciebat, dum videlicet se regem esse testatur, qui in ipsas quos, hominum mentes et voluntates ius et imperium habeat: Ita simul docet, qualem nam ipsius regnum sit, quid item nos in illo sperare conveniat, et quod nostrum sit officium, quo ipsi obstricti sumus. Et haec quidem nuper ex parte vidimus plenius tamen in praesenti omnia patebunt, ubi ipse ingressus in urbem describitur, in quo tria nobis consideranda erunt. Primum, cur isto habitu siue apparatu voluerit ingredi. Deinde, ut illum deduxerint discipuli, et postea quidam exceperint. Tertio, ut omnibus istis affectu fuerint hostes ipsius, sacerdotes nimirum et scribae. At quia Marcus quaedam brevitatis studio omisit, quae in illo desyderantur ex Mattheo, Luca & Ioanne sarciemus.

Et causam quidem, quod ad hunc modum urbem ingredi voluit, Mattheus & Ioannes hanc assignant, quod sic impleri oportuerit quod olim per Zachariam praedictum fuit. At hic rursum quaeritur, cur hoc ita praedictum, et cur haec ita fieri Deus decreverit? Pater hoc, si propheta verba examine: nimirum quod ita demonstrari oportuit, qualis rex Christus, et quale illius regnum futurum esset. Et haec quidem diligenter iradi oportebat, non modo propter Iudeos, qui in Messia terrenum regnum et gloriam somniabant: verum etiam ut afflictae conscientiae hinc consolationem habereant, et omnibus nobis certo constet, quid in Christi regno quaeri et sperari debeat. Audiamus ergo prophetam sic loquentem: Exulta filia Zion, iubila filia Ierusalem: en Rex tuus venit tibi, iustus et servator, mitis et sedens super asinam et pullum asinarum. &c. Quibus verbis duo agit. Primum ecclesiam, adeoque omnes et singulos fideles hortatur, ut regem hunc honorifice et cum gaudio excipiant. Cum enim haec spes et expectatio electorum omnium fuerit ab ipsa mundi origine, fieri nequeunt, quin gaudeant et exultent, quotquot hunc nobis exhibitum esse intelligunt. Olim certe Abraham exultavit, et videret diem Christi Domini, et eundem propheta et iusti omnes videre et audire desyderauerunt. Et Simeon cum illum vultu suo excepisset, laetus exclamabat: Nunc dimittis in pace servum tuum deus, &c. Quin angeli natiuitatem eius pastoribus praedicaturi, se gaudium magnum annunciare testantur. Ergo a Christi spiritu profusus alieni sunt, qui hodie Christo per Evangelij praedicationem se nobis offerente, terrentur, et epidant, concursant, deoque regno eius opprimendo consultant. Hoc enim impius Dei hostes facturos esse olim David praedixit, et postea sacerdotum exemplo abunde patebit. Deinde gaudij huius causam expositurus propheta, ab ipsius Regis Christi descriptione orditur, quae omnia complectitur quae de rege bono dici possunt. En (inquit) Rex tuus venit tibi. Dicitur haec singulis credentibus qui in hoc fidei cardinem versari intelligunt, et ex eo summam consolationem capiunt, quod Christum sibi ipsi venisse, et ad ipsos pertinere sciunt. Habent enim promissiones vniuersales, quas singuli sibi ipsi applicare possunt. At simul qualis veniat Christus, indicatur. Primum, iustus. Ita vero dicitur, non modo quoad seipsum, quia innocens et absque macula, verum etiam quoad nos, quod iustitia a patre factus est. Quod Paulus pulchre explicans ait: Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei per illum. Deinde Seruatorem vocat, quod angelus illo nondum nato exposuit, dicens: Is saluum faciet populum suum a peccatis suis. Omnes enim peccauimus, et propter peccatum destitutumur gloria Dei, ac aeternae mortis iudicio subiacemus. At Christus sua mortis merito expiatis peccatis nostris, vna cum morte ipsos quoque inferos omnemque potestatem aduersariam confregit, nosque in libertatem asseruit, perinde ac si quis fontem e carnisific manu liberans, ipsos quoque laqueos confringat, crucemque eueriat, ex qua ille debuerat suspendi. Eo maius autem et excellentius est Christi beneficium, quod seipsum pro nobis ad mortem crucis obtulit, et quod ex aeterna mortis supplicio in vitam immortalem asseruit. Nec asseruit modo, sed quotidie instar leonis suos protegit (ut propheta ait) nec oues suas et manus sua eripi patitur. Tertio mitis et mansuetum esse ait, cuius multa argumenta sunt in Euangelica historia. Ut enim omnes laborantes et oneratos ad se inuocat, ita neminem ad se venientem rejicit, nostrisque infirmitatibus non tyrannice irascitur, sed amice condolet, ut qui similiter ut nos tentatus est. Praeterea humilis et modestus, suis nec fastu, nec pompe magnificentia, nec impensis regni vel exactionibus dnerosus est. Docet hoc apparatus. Nam pullo asinae rebitur, nec villo armorum splendore strepit: et si vniuersum suum in terra conuersationis tempus examines, multa illum quotidie in quosuis beneficia contulisse, nulla autem aut perquam exigua vicissim exegisse reperies. Et quae a nobis exigit hodie, eius modi sunt, ut nobis maxime profint, et ipsidem aeterna vitae praemia con-

Matth. 21.
Luc. 19.
Ioan. 12.
Zach. 9.
Ioan. 8.
Matth. 23.
Luc. 2.
Psalm. 2.
Christus qualis rex sit.
1. Iustus.
1. Cor. 5.
2. Cor. 5.
2. Seruator.
Matth. 1.
Rom. 3.
Ioel. 3.
Ioan. 10.
3. Mitis.
Matth. 11.
Ioan. 6.
Heb. 2.
4. Humilis.

1041. 19. 16.

stuit. Quid enim charitate (qua summam preceptorum ipsius omnium complectitur) iaculatus
suauis, retilius & magis necessarium? Quid item que stius sum magis, quam in Christum & eius
membra impendere ea magno cum fenore, que aliqui amissurus eras? Porro arguunt hanc peripha-
ros Christi vicarios, qui cum peccatis omnino addicti, orbis totius turbatores, crudeliter, inmensis
stios, expilatores, & iidem (quoad animarum salutem) fures & latrones sint, dum per alium ipsum
1041. 10. ingredi conantur, nihilominus tamen Christi vicarij et ecclesie caput censeji volunt. Nec minus
ploranda est hominum insania, qui Christo Rege mitissimo & salustico relicto, sales sequuntur, qui
lunt & adorant, inq; ipsorum gratiam Christi verbum & membra hostiliter infestant. Ita verum
pletur quod Iudaeis olim Christus dicebat: Ego veni nomine patris mei, & non recipiunt me. Si illius
venerit nomine suo, illum recipietis. Ioan. 5.

Vt discipuli
Christum de-
duxerunt.

Porro videamus nunc, vt Christum deduxerint discipuli, & vt eundem populum excepit. De
discipulis dicitur, quod vestes suas pullo iniecerint, & Christum super illo collocarint. Illo autem ad
vrbem tendente, mox fama preuia multi eorum, qui ad festum confluxerant, excitati, cum raris
palmarum (vt Ioannes habet) Jobuiam illi processerunt. Fuit autem palma veteribus vtilissima
bolum, quod in praesenti non sine numine adhibuerunt, vt sic victoriam significarent, qua (vt D. Au-
gustinus scribit) erat Dominus moriens moriendo super aeternum & trophaeo crucis de diabolo, moris
principe triumphaturus. Et illos in Christo Regem victorem agnouisse, acclamationes ipsorum ab eis
docent. Alijs enim inter eundem vestes, alijs arborum frondes in viam sternentibus, mox spiritum
uino excitati, letis & faustis vocibus illi acclamant. Hosanna, id est, Salua obsecro. Benedictus qui
venit in nomine Domini. Fuit haec solennis precatio, qua pro regni in Messia promissi in Israeliam
orabant, vt ex Psalmis patet, vnde ea perita est. Cum vero eandem Christo applicuit, sancti
tur, se illum pro Davidis filio Messia agnoscere. Ideo addunt: Benedictum, qui in nomine Domini
Christo applicuit, sancti
nomine Domini nostri patris David. Vbi iterum ad veteres promissiones respiciunt, & in Christi
instaurandum esse agnoscunt felix illud regnum, in quo benedictionem omnis generis credentes con-
quuntur. Addunt his apud Lucam: Pax in caelo, gloria in altissimis. In Christo enim libri
hauit Deus omnia, que in caelo & in terra sunt, & illius merito iustificati ex fide pacem habent
apud Deum. Et hoc nomine ipsi Deo omnem gloriam tribuunt. In his vrbis nobis duo vnum de-
seruanda.

1041. tract. 51.

Primum est admirabile consilium Dei, qui vilem & ignobilem turbam excitauit, vt coru-
gem a Senioribus latam, nec vlla habita ratione excommunicationis, quam illa Christi filiarum
minabatur, tantum honorem illi publice deserunt, & ex scripturis de illo pronuntiare possunt, quem
ipsi scribe & sacerdotes hactenus nec ex scripturis, nec ex miraculis agnoscere voluerunt. Hic illud
est, quod ipse Christus ait, regni sui mysteria abscondita esse sapientibus, patre autem parvulis. Et
habes hic quod respondeas isti, qui nobis Euangelicorum ignobilis ratem exprobrant, & in conu-
sij de fide & religione summorum pontificum regumq; iudicij standum esse vociferantur. Quibus
hic accidit, hoc ipsum iam inde a rerum origine accidisse, sacra historia docet. Et si isti non expectant
principum & antistitem suorum consensu, Christum recte recipiunt, laudemq; merentur publicas
fidei ipsorum confessio: qua ratione obsecro nobis hodie vicio vertitur, quod sine pontificum & ipso-
porum consensu, Christo per Euangelium ad nos venienti locum damus, & illum nostrae salutis ca-
thorem agnoscimus?

Psalm. 118.

Secundo docemur horum exemplo, vt nos quoq; Christum per Euangelium suum nos inuenire
excipere debeamus. Exigitur hic ante omnia, vt talem agnoscamus, qualis reuera est. Regnum
nobis a Deo datum, in quo (vt Abrahamo olim promissum fuit) omnes gentes benedicentur,
quod solus nobis saluifer & illius pacis apud Deum auctor sit, que celestis gaudij heredes facit. De
inde agnitum publice confiteamur, apud eos etiam, quos illius hostes esse non ignoramus. Nec ex
eiusmodi cultores ille fert, quos sui nominis & Euangelij pudeat, vt supra audiuimus. Nec satis
mur modo, sed simul regni ipsius propagationem pro virili adiuuamus precibus studio & industria,
quantum nostrae vocationis ratio requirit. Substernamus ergo illi vestes nostras, quas conuictam
nostrae symbolum esse, parabola vestis nuptialis & Apostolica ille locutione docent, quibus vrbem
Galat. 3. hominem exere & Christum indare iubemur. Tota ergo vita nostra morumq; iustitiae per fidei

Colof. 1.
Rom. 5.

Colof. 1. Addunt his apud Lucam: Pax in caelo, gloria in altissimis. In Christo enim libri
Rom. 5. hauit Deus omnia, que in caelo & in terra sunt, & illius merito iustificati ex fide pacem habent
apud Deum. Et hoc nomine ipsi Deo omnem gloriam tribuunt. In his vrbis nobis duo vnum de-
seruanda.

Vulgu Christi
agnoscit,
quem scribe
persequuntur.
Ioan. 9. 12.
Matth. 11.

Vt Christus in
Euangelio se of-
ferens excipi
debeat.
Gene. 22.
Marc. 8.
Matth. 22.
Galat. 3.

Matth. 22. Galat. 3. hominem exere & Christum indare iubemur. Tota ergo vita nostra morumq; iustitiae per fidei

obedientiam Christo subigi debet, ut huic soli seruiat. Et cum ista omnia prestimus, nos tamen ser-
uos inuicem esse fateamur, omnemq; gloriam vni Deo solidam transferibamus. Hac sunt hominum
vire Christianorum officia, que quam rara sint, singuli mox intelligunt, si in semetipsos descendat, es
animorum suorum socordiam ex animenere: ut inierim de illis nihil dicamus, qui Christum ne intra vr-
bes quidem admittunt, vel sponte se ingerentem eiciunt, & sauisimè persequuntur.

Quid autem inter hac auspiciata regni Christi præludia pharisei faciunt, quos contra illum con-
spirasse iam sepe diximus? Ringuntur illi & tantos honores ei inuident. Nam ut Lucas scribit,
Christo honorem inuident: quorum principes faciliè sunt Pharisei, quos propria iustitie fiducia in-
stat. Successerunt in horum locum hodie Monachi, qui cum Christi predicatione suam hypocritism
argui, & proinde regnum suum, quod illa sola nititur, eueri non ignorant, mox illi obstrepunt, et ne-
farium scelus esse arbitrantur, si homines plebei & illiterati de Christo & religione verba faciant. In-
terim que ipsorum est astutia, principes & reges in suas partes trahunt, & illis nefariorum consilio-
rum aduersus Christum antesignanos sese præbent. At hic nos Christi responsum consoletur, dicen-
tis: Dico vobis, quod si hi tacuerint, lapides clamabunt. Docet his fieri non posse, ut regni sui & salu-
tis doctrina reprimatur. Quia enim ita Deo visum est, ut Christus per Euangelium in orbe regnet,
totumq; hoc negotiū non humanis vel viribus vel consilijs, sed spiritus sancti operatione trahatur,
quis obsecro Dei decreto obstat, aut spiritui sancto silentium imponere poterit? Spirat ventus ubi-
cunque voluerit, nec lapides modo, verum etiam omnes mundi partes contra eos conclamant & pu-
gnant, qui Christi regnum extinguere conantur. Exempla in historijs passim sunt obuia. Consoletur
nos illa aduersus impios mundi conatus. Ringantur Monachi, conturbent sacrificuli, fremant po-
puli, fremant principes, & armis omnia misceant potentissimi reges, illisq; classicum canant, & læta
omnia polliceantur Pontifices. Regnabit tamen Christus, & in se credentes regni sui coheredes faciet
Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Ut Christi glo-
ria et regno im-
pij afficiantur

Psal. 2. 110.

Marc. 13.
Ioan. 3.

Et ingressus est Hierosolymam Dominus, & in templum: cumq; citra
cunspexisset omnia, & uespera iam hora esset, uenit Bethaniam cum
duodecim. Et postero die, cum exissent Bethania, celsi. Cūq; uidisset
ficum eminus habentē folia, uenit num aliquid in ea inueniret: & cum
uenisset ad eam, nihil inuenit nisi folia (non enim erat tempus ficuum,
& respondens Iesus, dixit ficui: Ne amplius ex te in seculum quisquam
fructum edat. Et hoc audierunt discipuli eius.

Quoniam omnibus seculis de regno Dei per Christum instaurando variae & diuersae homi-
num sententiae fuerunt, quorum alij quidem illud propter vilem & ignobilem speciem asper-
nati sunt, alij uero terrenis modo intenti celestia neglexerunt. Ipse Dominus Iesus non temere pau-
lo antequam moreretur, suo in urbem ingressu palam testari uoluit, que nam sit regni ipsius ratio,
quid in hoc sperari debeat, & que illorum sint officia, qui celestis regni gaudijs in ipso frui cupiunt.
Et de his quidem omnibus nuper abundè dictum est. Sequitur in presenti, ut Hierosolymitani ci-
ues Christi aduentu affecti fuerint, quid ille primū in urbe fecerit, & ut eodem quo uenerat die,
urbem denuo sit egressus. Et quia in his describendis Marcus pro suo more breuior est, aliunde pe-
tenda erunt que ab illo omittuntur.

Argumentum
et usus præ-
sentis loci.

De Hierosolymitanis Martheus scribit, quod ad Christi ingressum tota ciuitas commota fuit
conseruata fuerit. Erat hoc factu necessarium. Nisi enim in solito terrore ipsos conseruasset Domi-
nus, nunquam passi fuissent illum pro Rege celebrari, eod quod illud non absq; periculo totius gentis
fieri poterat, que illo tempore Romani imperij legibus parebat. Territi uero quis nam ille sit, in terra
regat. Respondetur à turbis ipsum deducenibus (quos externos & peregrinos fuisse nuper diximus),
hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilæa. Prophetam uocant, quem prius Regem & Sal-
uatore

Hierosolyma
ad Christi in-
gressum commo-
uetur.